






17











TRIVMPHI  
EX CLADE  
OSMANICA MOSCHOVITICA  
AMVRATHICA  
COLLECTI

ET

Coram imagine potentissimi serenissimiq<sup>ue</sup>  
POLONIARVM REGIS

VLADISLAI IV

A NOBILIIVVENTVTE COLLEGII

SAN DOMIRIENSIS

die de Osmano ad Chocimum victo anniuersaria  
solemni gratulatione triumphante perorati.



ANNO A NATO IN TERRIS DEO MDCXXII

**S**apientem à solo cognosci sapiente, ideòq; in vi-  
tâ magis arduum nihil esse, quam qui sint, agnoscere sa-  
pientes, non insipiens protulit **Xenophon REX IN**  
**VICTISSIME.** Effatum est! Hoc oraculum; Principe  
esse oportere, laudatorem Principum; quandoquidem  
laus Principum, usu melius discitur, quam sermonibus  
doceatur. Manifestum oraculi, in vulgari remige ar-  
gumentum; qui uno die iactatus tempestatibus, per sco-  
pulos & procellas: melius virati pelagi pericula enar-  
rare potest; quam annum integrum consistens in por-  
tu nauium gubernator; qui cum aduersis ventis & flu-  
ctibus nunquam est pro vitâ colluctatus. Nihilominus  
silere de illis, cum non semper liceat, quæ non experi-  
ri licuit; et scitum sit, regiam decere magnitudinẽ  
humilium de se curas minimè aspernari: erige re-  
pentem animum, ad Tuam Maiestatis Solium, vul-  
tu & manu Regiã; neq; Augusti **Caesaris** amule-  
ris vestigia, qui præterquam à magnis et illustribus,  
laudari à nemine voluit; et cum subditum laureis  
Tuis persoluo censum, non me Phormionem in Tu-  
is oculis, quem vilem in suis Annibal censuit, consti-  
tuas; sed in regalis negotii dignitate licet parẽ testẽ re-  
quirente, ire. In laudes permittẽ Tuas, nã Marti, ardor  
Imperat, et rapidis animos moderat habenis.

2  
Cynthi sororum exercitus indigit  
Stipate Castris, sic adamantina  
Quo plectra pomparum et sonoros  
Arte lyra properas triumphos  
Per regna Cyrrha, quo tumidam audio  
Aut quo canentem pectine dexteram  
Eburq; laudum, quas Camanaru  
Excipio per inane voces  
Illinc laborantem attonitus stupet  
Armis Cytharon collibus Africum  
Hinc fulmina armorum & furores  
Pegaseæ speculantur arces  
Horrenda magnis ludis adorcis  
Qua bella et enses stans super arduas  
Formosus armis et triumphis  
Emathias violentus hastas  
Osmane vastis note furoribus  
Ponto natantes prado per insulas  
Arcesq; & vrbes te vetusta  
Dardania breue pond; irat  
Te temulentum sanguine barbaro  
Terra tyrannum laurigeris procul  
Molitur ordini & feroces  
Odysios calamis Gigantes

Apollo forsan fallor, honoribus  
Non ille lato barbata barbaris  
Catu Camanarum triumphans  
Palladis manibus repectit.

Nec error aures ambiguus rapit,  
Iam plectra laxat iam Dolopum manus  
Iam castra Thracum, iam Gelonos  
Sarmaticis iacuisse campis

Enarrat orbis perge per aures  
Atlantis orbis perge curulis  
Apollo nimbis et procellis  
Sarmaticâ Tedimite Iauru.

Sed mitte vulgus, dignior omnium  
Laudum triumphis, dignior omnibus  
Tama coronari tropais

Qui Dolopum cunctos Tyranni  
Primusq; strictos victor acinaces  
Et fulminantes cladibus impetus

Retundit ausu Martiali  
Bistonias reprimitq; Lunas!

Illum auiternâ tristibus eripe  
Fatis Camanâ, condecorans tubâ  
Quâ lata pugnâs in canoro  
Calliope modulatur auro.

Non fata sulcis ruga senilibus  
Laudes paratas puluere Martio  
REGIS VLADISLAI caducis  
Inuidia feriat sarissis.  
Quanquam serenis altra iugalibus  
Quousq; Titan scandet in ardua  
Rotis supinis, siue fessus  
Occiduas reparabit ymbra.  
Matura uiuet semper et altior  
Assurget ultra Climata nubium  
Ibiq; fasces concitato  
Fama vehet reuehetq; curru  
Ibi canendum laudibus inclytis  
Proponet omni Calitulum choro  
Et Purpuratorum Senatum  
Ante canet meliore plectro  
Laurosq; magno nomine Regias  
Et purpuratam sanguine dextera  
Et lauspicatorum eloquetur  
Hoste super clomito triumphos  
Merentur id immortalia Tuae facinora, quia mor-  
talibus nequeunt definiri regionibus. Errauit in  
Te, et eius effatum non ex Tripode Anticyram  
meruit VLADISLAE REX INVICTISIME

qui vnus intra sphaeram annuli omnes bonos  
terrarum Principes contineri posse affirmavit.  
Vnus es, quem nullus potest ambire annulus?  
nisi orbem vniuersum annulum esse crediderim,  
qui Te capiat: quanquam & huius capacitas impar  
est gestis Tuis, quibus quidquid terrenum est, an-  
gustum est. Sensit id Asia, sentientem vidimus,  
cum victa ingemiscens non vt ante per Oceanum,  
sed per pullata lacrymarum fluentia, agmine in-  
composito ad lustra patria ferales tormentorum,  
reduxit machinas: Quid Asia? Orbis totus, Luna,  
uis poplitibus Tuam Principem adhuc veneratus est  
gloriam, et ad miraculum vsq; fortunam commen-  
dauit: cum à Te timeri eum didicit ad cuius men-  
tionem ipse timore consternatur. Augustissimi Tui  
olim cineres afflantes odorem gloriae fragrantissi-  
mum, in magnifica laurearum Tuarum praconia Ho-  
meros reuixisse audient, vt Tuorum iliadas tri-  
umphorum aeternis insculpant marmoribus; quibus  
Macedones Alexandros a Sigeo, et Romanos Iulios  
à Gadibus, ad ambitiosam emulationem inflam-  
mabunt, qui eâ aetate quâ Osmanum, Orbis totus,  
iuvato Caligula, vnum caput ad interitum deposce-  
tem debellasti, nihil à se gestum memorabile gemitu

lugubri testabuntur. Accedent ad Ossium Tuorum  
monumenta, fulminibus præliorum Scipionibus  
postpositis, Heroes fortunâ & arte bellicâ præ-  
stantissimi, vt audaciâ et fortitudinis à Te non  
humanum deriuent documentum. Compen-  
dio eloquar, atas omnis de laudibus Tuis nun-  
quam conticescet. Quanquam.

**N**on ille pennas Pegasidum petit  
Cui pulchra virtus necit adoras  
**N**on ille cantum vult, repetit  
Quem positis pharetris Apollo  
**N**ec seruit vnquam Castalidum modis  
Augusta magni pectoris indoles  
**N**ec ambit Ascræos honores  
Aut uolucris monumenta laudis  
Ibit niuosis Acroceraunia  
Vbi lacertis prætereuntium  
Aequor fluentorum relambunt  
Fulmina despiciente tergo  
Ibit colonus, quâ glacialibus  
**N**imbus recliuo vertice supplicat  
Conuexa calorum rigente  
Frigore clausa ferens per æuū  
**E**t fulguranti prælia buccinâ

Vbi per aethram flat Notus algida  
Eurosq; sternit contumaces  
Perpetuo furibundus astu.  
Exastuantes Phaeus et ignibus  
Mauros adurit; quisquis amorib;  
Virtutis excelsos honores

Quarrit et insequitur Gradiuo!  
Mundo remotus quis latet angul;  
Et sic profundo dissociabili  
Non sentit aspectu latebrasq;  
Inter hebet refugitq; lucem.

Ignotus extet cui penitus Tuus

Exercitata conspicuus manu

Mauors VLADISLAE Othomanis

Qui nituit generos, armis:

Illum ora quauis abdita gentium

Fama canoro nomine cognitum

Miratur, et palmas stupescens

Attonito veneratur ore

Neq; mirari gentium oras prodigium est: qui  
hoc facit quod nullus, mirantur omnes. Id Tibi

REGVM MAXIME obtigit cum contra Xer-

xis amulum Themistocle robustior euasisti,

paruaq; manu, immanem exercitum, atq; im-

pare

impate numero, innumeras acies profligasti. Can-  
nenti strage illustrior in Valachiâ Thracum strues,  
sterilibus campis indecoris canescit ossibus; vbi  
fidem perfidus Osmanus, inuito conatu, cum ir-  
rito pro victoriâ desudaret, seruare didicit; et in-  
incredibili multitudine credidit vanitatem, cum mo-  
le maius quam virtute robur, Marti Lechico &  
Ius auspiciis opponeret Luna Othomanni-  
ca. nunquam minor extitit, quam soli Lechico  
vicinissima, à quo nisi tempestiue obscurior re-  
cessisset lumen integrum exuisset. Decuit fastum  
barbarum per Te detumuisse; cuius per colla  
et ceruices, gloriosis calcaturus eras passibus.  
Ridet Orbis a Te victum terrorem suum;  
quem Tulcachinni metam habuisti, et cuius plu-  
rimum illusisti oculis; nam <sup>cum</sup> deorsum agi vide-  
baris, sursum ibas, et ardua sublimis gloria eri-  
gebaris ad fastigia. Nemo est quin exclamet

Adeste misti cum salibus ioci  
Tumultuantis bile proteruia  
Saxite contra fastuosas  
Aestibus indomitis procellas,  
Quas turbulentis accola Bosphori  
Regnis paternis ausibus expulit

In bellicolorum vibrando  
Interitum gladiu Lechoru.  
Nec capta risus ponite fulmina,  
Risuq<sup>3</sup> Thracum figite praelia,  
Nimbo cachinnorum probrolo  
Odrysius pereat Tyrannus.  
Fleat rebellis non remeabili  
Honore ad axes Myrmidonum ampli,  
Robur repressum, quo volebat  
Sarmaticos violare fasces.  
Tormenta plaus<sup>9</sup> destituat suus  
Et dominantem funera barbarum  
Gladesq<sup>3</sup> nullas discat augur  
Rastra colens Lechia colon,  
Discant et ora quae Mareotica  
Arbusta duro vomere sauciant  
Calebasq<sup>3</sup> sulcant fluctuantes  
Mellibus et Libycis aristas.  
Pulsata passim laudibus aequora  
Omnisq<sup>3</sup> tellus subsilientibus  
Iugis soluta naniarum  
Mille modos repetat per orbem  
Frustra aneatis gens Asiatica  
Inflata cristis atq<sup>3</sup> sagittifer

Thrax, tortuosis instar Euri  
Peruolitans cuneos aceruis  
Coruscus aether innumerâ face  
Frustra timorem nil trepidantibus  
Paucis Polonorum sarissis  
Opposuit violentus armis.  
Complosa pugnis exigua manus  
Explosa flammâ vasta tonitrua  
Regis VLADISLAI labore  
Numine Calituum Patrono

Hæc vota hi triumpho pro Te Gentium, isti contra  
hostem Osmanum sales non insulsi. Amani,  
or hortus voluptatis orbi nullus, quam Tuarum  
palmarum magnificus apparatus. Hamasti non  
subditorum tantum vt Cræsus, sed Regum et Prin-  
cipum amores, pro quorum salute Salutem Tuam  
Marti et morti deuouisti. Nemo Te trophæis, felici-  
or, locupletior. Quantus esse uoluisti, extitisti. Viuis  
cunctis optantibus, meritorum censum habens im-  
mortalem gloriam, ubi alii laudum suarum iacere  
fundamenta neq; attentarunt, fastigia crexisti.  
Quæ sanguinolentis cladibus fracta ab aliis cor-  
ruerunt: fortuna et Virtuti Tuæ absq; ferro sunt  
aperta. Pressus ab hoste, hostem oppressum de-  
pressisti.

depressisti, et sitientem sanguinem alienum, eius  
proprio sitim restinxisti. Terram subegisti hoc ho-  
ste subiugato. Mirari Heroem tantum licet, imi-  
tari nefas. Etenim

Quid consequutus bella tumultu,  
Qui tanta gessit Graiugenū<sup>m</sup> pavor  
Quondā potentis qui Corinthi  
Argolicos quatit are cāpos  
Duxit cohortes quæ Corybantia  
Mordent feroci calce cacumina  
Cinollamq; Taphramq; Africanam  
Robore præualido timēdam  
Duxit gelatum qui Tanaim bibunt  
Classesq; plumbo prægravidas mari  
Et decoloratos Gelonos  
Quiq; secāt vaga stagna cymba,  
Nili labantis pluribus ostiis  
Duxit Sicambros et Rhodopæis  
Agema peltis, & vetusta  
Dardania Phrygios nepotes  
Adiunxit vncos quos Lyparrio  
Firmauit igni pontibus arduis,  
Fluctusq; iussit vorticolos  
Ire Tyra placido fluento

Nec spreuit amnis turbid, aluco  
Deforme pondus sic positum pati  
Vndâ augurando murmurante  
Perniciem Domini locantis

Nec vanus augur quot fluuiialibus  
Curtis lacessit littora Daciae  
Terme tothostis indecoris  
Erubuit male sub sepulchris

Nam praeliantes exitialibus  
Quoscunq; flammis duxerat ordines  
Illis probrosis cum cachinnis  
Valachicos rubefecit axes  
Et quos cruento tollere funere  
Sperauit, illis fecit adorem  
Vno VLADISLAI lacerto  
Pro Lechicis vigilante sceptris.

Seruent Te Superi perenniter incolumem, quem  
ex incendiariis ignibus ereptum ad sceptrum &  
purpuram reseruarunt. Quanquam his ignibus Tibi  
ad Coronam Timoleontis sacibus illustrius pra,  
lucentibus venire debuisti; vt deuictis corporibus  
animorum victor euaderes, et euectus ad solium  
triumphatis hostibus aperires, Fortuna Tua alti-  
tudinem, non aliis, quam ignis passibus in ardua  
semper

Semper nitentibus mensurari, atq; ex tam turbu-  
lentis militarium turbinum tempestatibus ad tan-  
tam serenitatem penetrare, vt rerum potitus bel-  
li pacisq; consulta, ex vsu cum velles, posses de-  
finire: Si tamen vsu egere poteras cum omnia an-  
te vota supra vota. Quo spes Tua altius aspirare po-  
tuit quam Luna Othomannica detrita atq; sup-  
plicia cornua conculcare! Intueri vix fas erat, quod  
Tuis sub pedibus ingemuit consternatum. Trium-  
phatorem gentium et regnorum nunquam infeli-  
cem, in triumphum catenatum mancipium trahi  
posse docuisti; et adultam in orbis exitium pestem  
leui flammâ disturbari. His ausibus et passibus  
ad maiora palmarum excurrere stadia, quanquam  
quem vincas, dignum à Te vinci non habes, victor  
omnium cum Osmanum expugnasti; cuius in-  
bustuario monumento aeterno exarata stylo Cla-  
dis Othomannica fama hac perennabit

Armenta bustorum antra perambulant  
Fouentq; partus in nemoralibus  
Cryptis cruoris quâ retortis  
Vnda ruit rubicunda fossis.  
Quæ barbararum vulnere gentium  
Manavit olim dum reboantibus

Fulgetra nimbis classicorum  
Odryas quaterent cateruas  
Et crispa surgunt brachia frondium  
Tutosq<sup>3</sup> pandis in penetralibus  
Nidos volantum contuentur  
Victor ubi vigil ante Lechus  
Bacchatus inter tela Tyrannica  
Et are turmas perceleri vagas  
Fugamq<sup>3</sup> turpem molientes  
Vetus equo rapido sequitur  
Virgulta nexu deciduo natant  
Impulsa ventis et Borealibus  
Rixis, rucebat mugienti  
Thrax ubi funercus palato  
Postquam vetustam mente ferociam  
Pugna tonitru saucius expuit  
Lugens pudendum se bidental.  
Daciaco moribundus aruo.  
Et qua renato pascua gramine  
Cunas reponunt sentibus hispida  
Deses sepulchreto putrescit  
Oeagrii iaculator Hebri.  
Ruciatq<sup>3</sup> flammam de Phlegetonide  
Ripa nigranti turbine squalidam

Vomitq<sup>3</sup> fumos astuanti  
Narc, scelus styge vindicãte  
Quo Maruales perculit ebrius  
Ira furentis fulmine Sarmatas  
Depraliantes pro Polonã  
Intrepidis studiis salute  
Dabitq<sup>3</sup> scdis qua reuolubilis  
Aether rependit post venientib<sup>9</sup>  
Stratus VLADISLAI mucrone  
AVT Innumeri documenta Ieti

Ruina Osmanica trium-  
phum VERTIOSAE  
Principum gloriosissimae à IVA  
virtute de Osmano relatum co-  
gnovisti; REGALITVA  
virtut MASCHOVIAM  
agnosce conseruatam.

Defessa nunquam uox modulamina  
Cantusq; sacra Calliopes dabit  
Constanter edentis perennem  
Gesta per & monumēta pompā  
Qua per niualis compita Moschua  
Agrosq; & vrbes eclidit impiger  
Ferro VLADISLAVS potenti  
Lechiaci moderator orbis.  
Donec per umbras luna vagabitur  
Polusq; Phæbo discolor aureo  
Ducet serenatas quadrigas  
Auricommo redimitus ortu.  
Vretq; flammæ fronte meridiem  
Sublimis alto, donec et ignea  
Temone tædæ fulguranti  
Occiduos feriet Britannos.  
Donec per Oetam feruidioribus  
Flammis Senectæ Syrius arduo  
Cursum tributo destinabit  
Et gelidus regelascet Ham,  
Arbusta donec frondibus obsita  
Et fata lultris incolet arbusta  
Ferasq; rugitu tremendo  
Marmaricus leo dissipabit.

Stabuntq; colles per iuga Massico  
Campana botro vimine pendulo  
Obliuiosos nutrientes  
Ogygio folio corymbos  
Et fluctuanti Vandalus alueo  
Attollet vndas deficientibus  
Ripis, renascentesq; campos  
Gramineo variabit ostro  
Tranquilla viuens semper ab alcã  
Nutantis aura scandet in athera

Catulusq; vulgares perosa  
Incolumi vaga fama passu  
Non regna tantum frigida Moschua  
Sulcabit alis, atq; curulibus

Rotis, VLADISLAI regentis  
Lechiaci regimen Gradiui

Orbis ultra terminos immò pergeret, si viam fa-  
ma Tuarum palmarum REX FORTISSIME inueni-  
ret. Sed dabunt fata viam, O magnum terris Nomen  
et Numen VLADISLAE. Oriente debellato ad  
Septentrionem cum insignibus aliis victoriis me-  
diis porrexisti; à Principibus ad Regales palmas,  
vt vel nouam vincendi haberes materiam: vel ori-  
entalium victoriarum æstus, Hyperboreis frigitib;

temperares. Sed postremum Tibi non obtigit magnificen-  
tioribus enim exarsisti victoriis, ut quod obtinendum  
destinaueras re ipsa Te possedisse confirmares. Quid  
Tibi inuium? qui per flammam et niues irretortis se.  
Itinas vestigiis, et quæ vincenda arbitraris vincis. Ne-  
mini ab orbe condito fortuna similis: prima hæc il-  
lius Tecum constantia; multis promissam fregit fidem.  
Sed aliter ei non licuit; rideri enim a Te timuit, si adi-  
mere non posset quod virtus & natura Tibi est largita.  
Tanti est Regum inuictissimorum hausisse sanguinem?  
Diuinitatis amulator es, quia in victoriis non muta-  
ris. Ita Tibi sponte palma triumphales famulantur.  
Ad toxicatos fraudum cuniculos Argus es; immò so-  
poriferam Mercurii virgam contra fraudulentarum  
machinationum Argos Tua gestat vigilantia, et Aquila  
Tua in venenarios Draconis afflatus præcepit ruit sine  
præcipitio. Nam

Insana vires in vetitum nefas  
Vix fraudulento consilio expedit  
Vastatq; securo tumultu  
Molchua finitimos colonos  
Quassata grandi corrui impetu  
Ut inquieto Cedrus ab Africo  
Quassatur et fastigiatos

Funclit humi resupina ramos  
Quêis ante pulchru per Libani nem,  
Sublime Coelis inseruit caput  
Euriq<sup>3</sup> luçtas pertinaci  
Sustinuit bene fulta truço.  
Et sic scelestam p̄na licentiam  
Secuta coelo Iudice! distulit  
Nec antecedentem furore  
Ira sequi violata vindex.  
Et qua quiescit dum polus umbrifer  
Bacchata strages per populos equo  
Centuplicatos faneravit  
Mox eade queribũda luçt<sup>9</sup>.  
Bellona nam vix Lechica Martio  
Cantu Poloni militis impulit  
Ad arma ferrum: per tremetes  
Cade vigil Libitina Moscos  
Hastã reclusis visceribus iecur  
Scrutans arenis iuit Athleticis,  
Taboq<sup>3</sup> fumanti calentem.  
Inseruit generosa parma.  
Vrgente Lecho perniciem manu  
Hostis dolosis artibus inuii,  
Et perui caces perduelli

Pectore decutiente fastus,  
Curasq; vanam sollicitudine,  
Quibus semper hostis peruiugantibus,  
Diebus indulsit, remouit,  
Puluerem tumulat, antro.

**N**ec Regis ultra castra lacessere  
Tentauit ausus pectore contumax  
Magno VLADISLAO coactus  
Mente parans trepidante lauros

Per cladem hostium, in hostilem terram, primum  
hoc vestigium: Aquilonaris cruoris primordiale  
libamentum: magnorum vulnerum cicatrix praecursoria:  
de prauaricatore faderum initiales vindictae:  
incurioni barbarae obuium donatiuum: fau-  
sui omnis praerogatiua nobilis: Vsurpatorum illud.  
Veni. Vidi. Vici. Si non prius vicisti quam venisti; cum  
aduentus Tui vulgatis rumoribus ferales facium  
pyras a Smolensiana Urbis obsidione auertisti. Quis  
in aggressu tam felici euentum infelicem ominari  
potuit? Si absenti quidquid terris magnum fuit  
est concessum; praesens Maiestatis Tuae veneratio,  
et formido, quam habuit potestatem? habuit quam  
voluit. Inauditum est potentiam voluntate men-  
surari, mensurasti; non alere inter Septemtriona,  
lia

naliam frigora incredibile sed tamen es assecutus;  
et Virtutis Tuæ imitatores fortissimos, eodem  
calore refecisti quando amoris radio rigidam  
glaciem, et asperas brumæ procellas, atq; tem-  
pestates mitigasti. Non est quod classico Martio  
Seuerum Roma suum prædicet, frigoris et  
æstus tolerantissimum, atq; aperto capite per  
niues et gelidatas pruinas ambulantem. Fama  
hæc fregit in Te vires suas, cum Te ad maiora  
fortiorem stupuit. Re ipsâ præstitisti quod  
voce Romanus Aelius, qui se non sibi sed aliis  
natum dixit, cum sauientibus gelidissimis Aquilo-  
nis oris, à tentoriis atq; militaribus tabernaculis ne  
vestigio recessisti, ut bellacissimi Hephæstiones Tui  
virtute Tuâ inflammati coniuratam in hostem Te,  
cum inirent sponsonem

O qua laborem consona præmia  
illum sequentur, quæ Stephanomata  
tumultuantes inter æstus

Qui potuit tolerare pondus

Belli cruenti, quod seges hispida

Ab igne fuis, vndiq; spiculis

Obnuit armorum, necemq;

Fulmineis patefecit armis

Nec sauientes extimuit Notos,  
Nec longa dura verbera grandinis,  
Intemperatas nec pluentis  
Olenia lacrymas capellæ.

Nec cana brumæ conglaciantibus  
Cruentis sonora frigora sub Ioue

Fugax resoluit sub tepente

Et gelidas renuente cliuo.

© N. iues! sed hostis stans animosior  
Contra furores sidere noxio

Perpessus imbres, et seueri

Acolias Aquilonis iras.

© Vigebit eius gloria posteris

Cantata, pennis immò loquacibus

Per regna tranando volabit

Emerito radiata seruo

Et saxa gestis quæ Sipyleia

Byupes catenat versicoloribus

Iugis notabit barbarorum

Colla premens memori catastæ.

Terretur amens sed phaleris manus!

© Aut terga scutis militis obliti

Aut hinnientum pertimescens

Anteuolat fremitus equorum

20  
Aut pertinaces Musa silentio  
Moscos. pudendi criminis arguit

Aut plorat inter busta, cades  
Vberibus taciturna guttis

Ignara rerum vel iuga perlecat

Cirrhæa Pindi colla biuerticis

Currere torrens eloquenter

Suctus vbi liquidum per aquor.

Nam vox Thalia quam sitientibus

Expectat æther peruigil auribus

Nondum catenatis soluta

Mania transequitare pennis

Incepit cheu ducitis otia

Quousq; Diua languida barbita

Grandi veterno consepulta

Magnanimo recreate neruo.

Quousq; longo circuitu iuuat

Ambire laudum gesta, nec eminus

Perbella currentes canentium

Pieridum reuocare passus?

Caliginosis noctibus cuolat

Vultumq; Titan nubibus exerit

Et spargit aurum per nitentes

Pace niues, niueasq; valles

Iam, Castra laxat Moschua mitior  
Nec arma scutis et lituo mouet

Et perduellis edocetur

Frena pati meliore voto.

Et bellicoso Martius agmine

Rex prae potenti sceptrum quatit gradu

Moscho VLADISLAVS trementi

lura ferens, vacuoq; fastu

Culpam remittit, nec tumet amplius

Inflata duro Moschua spiritu

Ac victa non vltro fatetur

Se ad Lechicum trepidare robur

Experta quidem sapius clade sua Lechica fortitudi-

nis argumenta, sed fortunam non fauentem suis an-

te conatibus, placari potuisse spe audacter temera-

ria est arbitrata. At illa irritata implacabili in ruptum

factus odio, erectos, in fastus execrabiles, barbarorum

deiecit atq; comminuit animos, et nisi Moschouitici

sanguinis eluionem lamentabilem tuae clementiae

imprecatio repellisset etiam munitionibus instar

Alpium coronatus naufragium hostis subiisset. Et

quidem absq; magno tuo laboris impendio. Hoc enim

Mars tuus est inter praelia, quod vnica Aquilae pen-

na inter ceterarum volucrum multa plumarum agmina,

Hoc Tuus armorum <sup>fulgor</sup> cōtra hostilia tormentorum incendia,  
quod splendor solis aduersus sidera cum illius ad  
aduentum è vestigio euanescent atq; dilabuntur. Omnis  
fortuna è coelo terrisq; descendit in regnum Poloniae;  
cum Tuus semper Regius manipulus regiā coronā re-  
dimitus est. Scrutentur Gentium ingenia fortunā oc-  
casum sua, Regum potentia interitum suum admiretur;  
intelliget se ideo omni fortunā destitutam, quod pa-  
lustris manipulo caruerit; quem neq; turbulenta tem-  
pestatum procella frangere neq; obruere potest flu-  
ctuum instagnatio. Tantum testimonium ab orbe, Tuo  
datum manipulo, fulcit et illustrat Moschouia: cum in-  
eum licentiosissimè armorum est grassata tempestate;  
illius enim bellorum nimbus, qui pluuiam sepulchra-  
lem parere debuit, euauit; et voto non propositam, se-  
renitatem attulit; cum adgeniculata Tuis pedibus as-  
suetis barbarorum calcandis ceruicibus immugit  
singultibus, et sterilissimum fossarum adamantina-  
rum coronamentum irriguis fecundauit lacrymis ne  
perduellibus sudaret sanguinis cataractis. Habet  
Mars quod Tibi inuideat, quod Virtute et fortunā  
Tua, militum delatu dignissimo, tantas profligaueris  
Septentrionis copias. Magni terroris bellum illud erat,  
sed animis minoribus; à Tuo, vt exortum, sepultum

Subito, Dignam sceptris omnibus, Tuam quis dif-  
fitebitur vigilantiam; aut humeros impares, terrarum su-  
stinendo imperio. Ita omnis fortuna factus es compen-  
dium: in qua, instar est prodigii, quod victorius insolescere  
nescias, belloq; captos vinculis non addicas. Maximum  
hoc in magnis est & magnificum animi temperamentum;  
in impotentes potentiâ non abuti, neq; pacem violatam repa-  
rare sanguine. Aurea vox Marcelli Romæ triumphantis  
Ducis fortunatissimi, à Te re ipsâ prodiit, aiebat ille. Du-  
cem Romanum, qui Tyrannum se perhiberi nollet, dece-  
re, et manibus hostilem sanguinem, & ex oculis vna suis  
lacrymas effundere. Hoc tamen illo felicior es, quòd à  
sanguine abstinueris. Profusa hæc nimium est liberalitas,  
victorem iniuriis lacessitum, et ad bella prouocatum pro-  
stratum cruorem non effundere; immò cælestis quædam  
potentia magnorum animorum, ita agitari. Naturale est,  
magis noua, quàm magna mirari; vltra naturam vtrumq;  
quod in Te sole clarius enituit, cum Draconi iugi impa-  
tientissimo æternum in humeris iugum posuisti, eiusq;  
ex spiris comminutis Coronam Tuam immortalem gloria  
comparasti, præstantiorem longè quàm qua Deorum simu-  
lacris ex serpentum circulis fuerint concinnata. Credidit  
ad genua Tua aduolutus Septemtrio, à Marte Tibi ensem  
mutuatum, sed cum dexterâ simul credidisset veriùs habere

Te a quo vtrumq̄, Mars etiam ipse posset deriuare.  
Hydra noua, noui Herculis, nouas artes, quibus pe-  
riit est experta. Ora Septemtrionalis horror breuissi-  
mus longa et magna nimium mundi est effectus fabu-  
la, in hoc solo fortunatus, quod clarior orbi clade sua  
sit effectus, alias inglorius aeternum in tenebris deli-  
tuisset. Credimus si cum bellatoribus mortalibus ar-  
ces interclusa forent nubibus, virtuti Tuae lacessita, non  
essent imperuia cum Aquila Tua. Eat nunc Cicada ob-  
strepit Leoni. Draco cum Aquila pugnet. Noctua Bo-  
realis Soli appropinquet VLADISLAO. Satis gloriosum  
et honorificum est Moschouia, ob cladem magnam,  
a Te Magno illatam VLADISLAO ubiq̄ magnam di-  
uulgari. Aeternus Sarmatia dies es, Moschouia nox  
sempiterna si nox appellari potes, quam Virtutis Tuae  
lumen illustrauit victam. Non eges Phidia vt in scuto  
Palladis palmarum Tuarum bellicarum exprimat mo-  
numenta, Nomen Tuum sculptor aeternus est. Gessisti,  
tanta victor pralia, quanta sequi aliis vtinam liceat.  
Reboabant toties globorum tormentariorum sphae-  
ra circa vultum Tuum, sed frustra, nam Palladis agis  
retundebat. Trepidabat tellus tot furialibus concussa  
pilis sub Regali pede Tuo sed pectus intrepidum  
manlit, etiam si fractus laberetur Tuum super caput

Orbis. Quidam in Castris prandete inquit ô La-  
cedamonii nam apud inferos canabitis. et Tu in-  
ter Tuas militares copias ita semper prandebas  
tanquam apud superos canaturus, fretus non com-  
muni Regum fortunâ, immunes inter belli pericula  
Reges à vi tormentorum faciente, sed Tibi virtute  
ingentâ, cuius animo etiam per medios hostium  
iuncos ad Tuos aditum obsidione coronatos qua-  
siuisti; quo tempore Nomen Tuum ita formidabile  
hostibus redditum est, vt omnium exanimaret ani-  
mos cum Te mori quam timere maluisse aduertissent.  
Tantam post victoriam coronatus ex depressi Dra-  
conis spiris coronâ per pronum supplicantium hu-  
merorum fulcimentum thronum pacis occupa, pæa-  
naq; lege triumphales

### Pæan I

Pubescat aetas florea liliis

Et tota verno murice consita

Pulchros triumphorum maniplos

Floricommo teneat lacerto

Fecunda culmis surgat adultior

Nutuq; lato fluctuet omnia

Theatra aristarum comato

Crine tegens, niueoq; vultu,

Et quo reflectet cardine semitam  
Abiliosis Rex Aquilonibus  
Sedemq; conscendet Polonam  
A gelidâ rediturus Arcio.  
Illic redivo vertice florida  
Spica librentur tergaq; laeva  
Perambulatuo supinent  
Suppositis humerisq; gestent.  
Nec per molesto pulvere compital  
Euriq; rixâ parturiant moras  
Per auspicatorum viarum  
Pegascos retinendo cursus.  
Gratum sonoris aura Fauoniis  
Spiet, canorum quæ Zephyrum colit  
Præstulantis ne caleseat  
In reditu Phactontis astu.  
Idem laborent frondibus obuiis  
Laureta ramis pulchra comantibus  
Ineuolutorum & librorum  
Deciduas iaculentur umbras  
Donec quieto pace beator  
Curru serenos insituat dies  
Extraq; pugnarum tumultus  
Conspicius residebit altâ

Victor coronâ, fax adamantino

Quam seplit auro, castraq; fulgida

Conchyliatorum vnionum

Luce pari redimita nodant

Donec penetral consiliantium

Intrabit ostri fulgure amabili

Ad purpurâ grauem Senatam

Eloquii pluiturus amnes.

## Pæan II

Fauere comptum plausibus ætherem

Et pulchra blandis astra nitoribus

Corusca cerno tibiarum

Mille modis resonant cæteræ.

Densantur Euris lata canentibus

Nubes, & atras abiiciunt togas,

Terrore fulmen nec liquatas

Pulsat aquas pelagiq; cymbas.

Non tortuosis æquor Atlanticum

Fatigat vndis Acolidum furor

Nec fronte toruâ feruet acri

Impetus et rabies dudlo.

Nascuntur altis gaudia pergamis

Latilq; currunt secula nutibus

Et fama pernix Sarmatarum  
Latitiis opulentat arces  
Concentus vrbes recreat et pagis  
Concors lyrarum gloria personat  
Dulcesq; risus laurearum  
Fonte fluunt fugiente questu.  
Cura remotis luctibus exulant  
Et vsq; degunt Gradibus vltimis  
Senexq; mente gestiensi  
Decrepito iuuenescit auro.  
Arator aruo floribus herbido.  
Plenam iocorum fertur in orbitam  
Et defatigatos iuencos  
Deposito iubet ire plaustro  
In prata calthis luxuriantia  
Iniuriolis grata laboribus  
Et trastra sistris expolitis  
Fundit humi choreisq; iungit.  
Nil est amans pane coloribus  
Quod non serenet pectora, garrulus  
It riuus exultans per agros  
Latitia populosq; mulcet  
Dum Rex penates in patrios redit  
Et pone victos compede bellico

Magnus VLADISLAVS relinquit  
Victor Hyperboreos Triones

Paean III

Latis reuincti tempora taniis<sup>o</sup>

Victoriales nectite laureas<sup>o</sup>

Regis VLADISLAI triumphis<sup>o</sup>

Belligera Lechia Quirites<sup>o</sup>

Memphyticarum pugnata turrium<sup>o</sup>

Vincant colossi Dardalea manu

Sculpti, trophaorumq; splendor<sup>o</sup>

Stellimico fabricetur auro.

Illumq; supra Marius intonet

Clangor tubarum sanguine Moschuam

Fadam volentem perduelli

Purpureoq; necem cachinno

Saxo perennent memorabili

Qua regna Lechus per Borealia<sup>o</sup>

Fraudemq; spirantis Bootae

Cicsta dedit memoranda fastis

Primusq; squamas inter aheneas

Et arma et enses & clypeos super

Victor VLADISLAVS quiescat

Calce premens gelidi Draconis

Vindex Tyrannum, quem trepidantibus  
Membris catenat sudor aquatili  
Tremore plenus, quem catasta  
Imperiis Lechia refrenat.

Sed quid colossos quid voco tancias  
Quid saxa magnis incito laudibus  
Sculpenda; coniurata palmas  
Mænia Sarmatia loquuntur.

Ciuesq; plausus irrevocabiles  
Mouent Quiritum cætus et integer,  
Claususq; muris sic Camanis  
Latisonis hilarescit æther.

Non qualis olim Dux Semeleius  
Rubris reuectus victor ab Indiis

Non qualis euector Sagunti  
Annibal Oenotrius ab oris

Desideranti Rex bone patriæ  
Redis quietus pacifico gradu

Victor frementum iurgiorum  
Bellicrepe domitorq; concha

Smolenscianis qua tremuit polis  
Cantuq; turres terruit æra

Inter manentes in globorum  
Aerisonos fabricata nimbos

Te stipat ordo concomitantium  
Et laureatis vndiq<sup>3</sup> Principes  
Latus coronant gestientes  
Vnanimes animo cateruis.

Tu Regiorum signa cohortium  
Inter coruscos duceris ambitus  
Tu prae sonoros inter ignes  
Gemmifero radias elendo.

Sceptroq<sup>ue</sup> maior, maior & Omnibus  
Cris auitis, purpureus color  
Quas decolorauit ruentis  
Sanguineo interitu Geloni.

Qui feriato nil metuens equo  
Et tinnientis cursibus vngulae,  
Securus olim per Polona  
Cum Geticâ ruit arua flammâ

Extra profana nomina gloriae  
Sic auiternis vtire seculis  
Tibi benigna non caducos  
Stamina perpetuent triumphos

1  
Istam Regii SUI  
Triumpho hostiam, in laudis  
theatrum producimus Amu-  
rathem; nec ultra in laudis  
TVA S festinabimus, fa-  
uore labori suum imperantibus.

Iterum à gelidis frigoribus ad igneos astus, à cal-  
cato Septemtrionis Tyranno, ad calcandum Orientis  
Tyrannum incitatis euolas passibus. Vere RE-  
GVM MAXIME VLADISLAE solus es, qui solis  
vuis et spiras victoris, solus semitis triumphalibus  
non reptas per Clypeos, sed per prostrata volas bar-  
barorum capita. Prouocatis Heroibus fortissimis, non  
aliud iter ad gloriam expeditius, quam impressis fe-  
stinare vestigiis per depressas ceruices Tyrannorum.  
Festina REX Victoriarum peritissime & nouam  
felicitate, nouam auspicare Victoriā; alter anguis  
à Te nouo Hercule Luna Othomannica elidetur.  
A Te Marte Polono monstrum Moschouitico tru-  
culentius Amurathes cum suo Abassio in latibu-  
lum precipitabitur. Verum quia Te manent palmae  
Amurathicae fortunata prius noli aspernari omina.

### Omen I

Non dum futuris carmine Regis  
Praesagiebas augur honoribus  
Intonsae Cynthi nec sonoris  
Iuit eques tua fama ventis  
Saxuere ferreo pondere machinas  
In vasta campis compita Daciae  
Instar Cielonorumq; nimum

Pegasea volitare pennam  
Nondum ne cernis? non resonabilis  
Hortatur aether, non vaga mobili  
Fluenta fluctu qua flagellat  
Ionia caua puppis undae?  
Nondum ruentes Danubio vides  
Proteruenti pectore barbaros?  
Quos Styx nefanda fœderauit  
In Lechia interitum cateruam?

An non renatis rursus adorcis  
Florebit orbi Sarmatiae polus  
An non triumphorum manipulus  
Fœdis fragus ruit Amurathes!

Omen II

Felicitatis liberioribus

Velis Enyo Te super esse dum

Reponat o Rex qui cruentum  
Peruigil ire flagras in hostem

Siticolosis feruida iurgiis

Pugnace neruo suscipe praelia

Abrupta ploret iura pacis

Innumeram nece temulentus.

Et qua minaci miles Achaicus  
Incude ferramenta per ignium

Aelius fabricauit, probrosum  
In dedecus ferat interemptus.  
Nunc illa virtus qua iuuenilibus<sup>o</sup>  
Regnabat annis Teq; loquacium  
Pennâ Camanarum loquuta  
Valachicis rubefiat aruis.  
Te laureatis laudibus ambiat  
Palmisq; ditet, sceptraq; longius  
Fecundet, vndoso vagatur  
Hebrus vbi pluuiosus auro.  
Fauente caelo, respicientibus  
Non retro contra militibus celer  
Aude refertas glorioso  
Interitu quatiens cateruas.  
Maortiales instrue copias  
Et arma cantu praueuiat tuba  
Stat Sarmatarum cum triumpho  
Moldauico noua prada campo  
Mox mox fugaces peruigil orbitas  
Cietes requireret, Lunaq; saucio  
Vexilla vultu lacrymarum  
Nube teget pluuiosq; nimbo.  
Et tesqua crispis densa nitoribus  
Vbi explicatâ fronde superbiunt

Iactantq; fageos honores  
Fronte Tyra refugoq; fluctu  
Marcescet illic funere putridus  
Nepos paternis adiiciens rogis  
Infame pondus & sepulchrum  
Sanguineis renouabit vndis

Omen III

Quis Te cruentis saepe periculis  
Laboriosum conspiciens Ducem  
Magnas refringentemq; pugnas  
Letiferos medium per ignes  
O Magne Cera Rex Iagellonia  
Non gesta penna Pieria dabit  
Quis posteriorum pronepotum  
Non memorem feret ante vultu?

Te mollis atas crede puertia  
Rudes loquelas incipientibus  
Linguis canora predicabit  
Voce pari pueri Camana.  
Te flos adultus, Sol habitabiles  
Qua flammam vrbes Te volucris fuga  
Præcepit iuuentas qua recedit,  
Te gelidi senio capilli.  
Cætus cohortum Te popularium

Honore prono ponet in aethere  
Magnoq; dignum prædicabit  
Concilio Superi Senatus.

Te quisquis orbis nouit originem

Ornabit aureo stemmate gloria

Obluuiolis nubibusq;

Eripiet columenq; Mundi

Deliberatâ mente fatebitur

Te purpurati, Te procerum decor,

Te Martiales, Te togati,

Indociles, docilesq; belli

Laudum carinis et volitantibus

Plenis Notorum per mare classibus

Dicent remotis, et propinquis

Finitimis patriisq; caelis

Tuumq; robur quo superabilis

Nunquam triumphas bella nec omnia

Nimbosq; bellorum expauescis

Laude canent citharâq; Phabi

Omen IV

Et Triumphus

Mauortiali Sauromatum manus

Deuota campo præpes in obuias

Aude Musurmannas locustas

Bistonios domitura fastus.  
I Tauricanos protere Cardines  
Polone miles praside Maximo  
Utore faderum Tonante  
Fadifragæ quate colla Luna  
Calcanda ceruix nuper in ancis  
Male ominatis fracta furoribus  
Cruorq<sup>3</sup> Thracum destinatus  
Cladibus Osmanico sepulchro  
Inundet altis peruius alueis!  
Imbuta quondam sanguine barbaro  
Tellus fatiscit, supplices q<sup>3</sup>  
Erigit emaciata fauces.  
Suticulosis obrutus ossium  
Et ipse aceruis Dux Caracas petit  
Sceptris Polonis inuidentem  
Threicii illumiem cruoris.  
Sparsus per umbras Concanus auias  
Daxq<sup>3</sup> molles perpetuantibus  
Virgent querelis insepulti  
Cadibus Aemoniis recondi.  
Sed en resumptis Luna Othomannica  
Pigrescit armis Thracius et furor  
Concussus ciurat pauore

Lechiacis inhiare campis  
Metuq; grandi prociduum caput  
Victus supinat non violabili

Rursus catenans faderatas  
Magnanima Lechia cateruas.

Pacis catasta' discite Bistones  
Et perfidarum turba cohortium  
In rupta pacis iura gestet

Quos animos animosa virtus  
VLADSLAE Magnis Maxime Principi  
Antiqua Regum progenies Tuis  
Bene auspiciatis hae triumphis  
Inseritur sine caede laurus

Non defuerunt Tibi quidem barbarum hostem  
alia debellandi genera, sed dotem primam Regum  
Clementiam es secutus, iramq; inermem, atq; sine  
caculeo, Ducem Tuum contra hostem habere malu-  
isti, ut ostenderes maximam potentiã et fortitudinẽ  
praditos, tardos esse ad ultionem oportere, & ad  
Regia magnificentia pertinere ornamentum, ho-  
stes timore consternatos ferro non sternere. Verẽ sce-  
ptrum Tuum fulmen est in fortia fortitudinem exerit,  
imbelles bello non lacessit! Felix Amurathes qui Te  
regnante se euasisse gloriari potest. Sed nisi ad Tua

genua supplex procidisset, occidisset. Felix et Polonia  
Aquila quam Tuo sub manipulo non feriunt Asia  
atica fulmina. Dicere possumus facilius decerrare  
posse opera naturæ à naturâ, quam fortunam Po-  
loniæ, à Fortunâ Tuâ. Eat nunc et lacessat Luna  
Othomannica orbem suum completura Poloniam  
rumpi posse Tuum manipulum iam annis ab aliquot  
Tannis Austriacis obfirmatum non diffidat, Vires  
augeat, quas colligit, Si Manipulo Tuo Asia ap-  
pendicem adiungere non formidat. Verum nodus  
hic robustior Gordio, quem neq; annosa teredine ve-  
tustas dissuet, et Asia triumphator barbarus, cum cru-  
ento acinace vel eludere, vel elidere conabitur; im-  
medicabile deliquium patietur. Quanquam atrita  
olim, detrita tandem ac prostrata Luna sua intuens  
pudens cornua, præ deliquio lamentatur: corru-  
isseq; Luna sua auarum augurium per sentiscit, cum  
lynce acutior, visum acuit in clades suas. Fatalis  
Austria et Sarmatia Asia manipulus! Fasciculus  
Sciluri falce fortior! ad Solem Sarmaticum Luna  
denubilata accessus præpeditus; ne ferri Lechici  
ad has aras maritales lugubris cadat hostia, &  
terram Othomannico sanguine purpuratam reuul-  
sis à ceruice, cruentet osculis, si non hoc ipso cruen-  
tauit

cruentavit, cum ex spe in desperationem præcep-  
ruit, et se fore catenatum mancipium auspiciatissi-  
mæ huius catenæ connubialis, quia hucusq̄ silet o-  
minatur. Olim verita autumo cum pacem victa to-  
ties supplex peteret, ne facile dissipata ab Augusto  
Tuo Manipulo excideret, præsto sunt Austriacæ ra-  
mum oliuæ<sup>seu</sup> pacem, expetenti amicæ, sitienti sangui-  
nem acerbæ et austeræ Taniæ, quas rumpi posse para-  
doxum. Austriacis Taniis ligatum Tuum manipulum  
in Augustissimo eodemq̄, omni virtute Tibi non im-  
pare progenitore Tuo gessisse Te non inficior, sed il-  
le victoriis triumphisq̄ satur Tuo nomini Asiæ im-  
mortale reliquit spoliū, vt quâ Alexander Philip-  
pum hæc Tu VLADISLAE Regum amor et pupilla  
patrem Tuum omnis fortunæ delictum SICIS MVN-  
DVM TERTIVM superes gloria: si quidem post TRES  
MAGNOS VLADISLAOS et alios omnes laude bel-  
licâ celeberrimos Reges Poloniæ is Sol illuxisti Pa-  
triæ, cui discussis omnibus procellarum nebulis fatum  
Calites destinarunt orbis ad aureum otium et peren-  
nem tranquillitatem reducendi. Manipulus Tuus &  
Austriacæ Taniæ sunt illa arma aurea, à Platone Sa-  
pientissimo expetita, quibus tectus incasum et fortu-  
nam hostem contra decertabis. Illud scutum quo tutus

viues, et post longa secula tutus ad caelestem Sanctimo-  
niam transmigrabis Epaminondâ securior. Viue post  
triumphatores magnos, hostium triumphator Ma-  
xime **VLA DISIGAE**. Tuâq; illibatâ fortunâ con-  
iuncta cum fortuna **Austriacâ** nulla cum vicissitu-  
dine è veterum desiderio æternùm perfruaris. Ha-  
bes Tua quibus fulges decora et triumphos. quot enim  
è sanguinolentis praliorum laureis reportata **Au-**  
**striacam** Regiam circumstant imagines atq; iconi-  
smi; tot in Te ex sponsali nexu perenniter proma-  
narunt, et vicissim laus omnis atq; immortalis glo-  
ria à Te Tuisq; triumphis in Austriam deriuatur.  
Quanquam antiquissimum est Regibus Poloniae  
cum domo **Austriacâ** iungi, vt fadere connubiali,  
ita bellicâ gloriâ & triumphis cruento sudore com-  
paratis. Quis Te Regum fortissime et Imperatorem  
Occidentis felicitatis immortale Vinculum ex hoc  
nexu inficiari præsumet? aut votiuis desideriis ma-  
iores hostium triumphatores qua optare audebunt  
saecula? quidquid transacta atas in Regibus **Poloniae**  
quidquid <sup>in</sup> Imperatoribus occidentalis Imperii immorta-  
litate dignum censuit, ad Te et Imperatorem Fer-  
dinandum Fratrem germanum Tibi desponsatae  
**BENAE CAECILIAE** quasi iure hereditario  
sentit

sentit esse deuolutum. Reuiuiscunt in VOBIS fortissimis firmamentis et acerrimis Orthodoxae religionis propugnatoribus obliuione non sepulchri bellicosissimi illi, iidemq; fortunatissimi Archiduces Austria et in stirpe sua se aternitatem consecutos esse gloriantur. Ac in primis uiuit in utroq; fidei Atlante robustissimo **ALBERTVS TERTIVS** Archidux Austria **PATER PATRIAE** appellatus, et in utroq; suam singularem prerogatiuam nominis aeternum reponit donarium. Viuit **ALBERTVS QVARTVS** et ipse Archidux Austria orbis commendatione dictus **PATENS & MVNDI MIRABILIA** & in fasce Tuo Tenuis Austriacis colligato mortalium miraculorum appendit immortale spolium. Viuit **PHILIPPVS DOMINICVS VICTOR** Hispaniarum princeps et utramq; domum maritali nexu geminam orbis Dominam et uictricem profitetur. Surgit e cinere **CAROLVS QVINTVS** à **PAVLO TERTIO** Ecclesiae Orthodoxae et Pontificum apice **MAGNVS** nominatus, et Te Regum bellicosissime, cum **FERNANDO**, triumphatorem Maximum confiteri minimè erubescit, tantis uictoris et triumphis locupletem. Animaduertit **LEOPOLDVS PRIMVS**

Austriacus, cognomento GLORIOSVS et aurato-  
rum militum gloria, atq; sempiternum amoris in-  
fratrem Fridericum documentum suas laudum pal-  
mas Tecum esse coniunctas admiratur: indeq; or-  
bi Christiano nouum robur et honorem aduenisse  
non cessat gratulari, atq; amorem qui Tibi est in  
fratrem Tuum CASIMIRVM Principem pluri-  
mis coronis militaribus insignitum maiorem suo  
asserere non formidat. Prodit è sepulchro FERDINANDVS PRIMVS Imperator Romanorum for-  
tissimus Sultani triumphator et eiusdem Clientis  
Transilvaniae Palatini in Vngaria domitor indu-  
strius, qui Te Orientis et Septentrionis triumphato-  
rem, violatorum faderum vindicem, Orbis Ortho-  
doxi Clypeum atq; munimentum esse praedicat,  
mortemq; cum vita nouo atq; inusitato Tecum com-  
mutat miraculo. Redeunt ad vitam et alii poten-  
tissimi, fortissimi, serenissimi Reges Poloniae, qui  
in Te, Rex potentissime domoq; Austriacâ sua  
Sagata togataq; ornamenta nobiliter illustrata  
contemplantur, mutuaq; decora vtriusq; profa-  
cipia in sanguine suo esse deposita testantur, &  
inuidiâ nullâ tabescentes incredibiles inde Ca-  
lites inter accipiunt laticiae modulationes. Qui

omnes vnanimi votorum consensione in adulta Tua  
Fortuna seram Tuam senectutem praestolantur, optantq<sup>3</sup>  
auicillissimis desideriis, vt prouocata Aquila Poloniae  
in Lunâ Asiatica possit aliquando nidulari. siquidem

Hæc sola magnis Magnificentior  
SVLADSLAE laurus restat honorib<sup>9</sup>

Tuis perennatura fastis  
Sarmatici spoliū Gradiui.

Fatalis Aemo laurus et Insulis  
Quas Bosphorus circumuagus alluit  
Immurmurantibusq<sup>3</sup> longe

Emathiis sinuat fluentis  
Cesset seuerâ compe de subditas  
Lassare gentes fractus Achaiae

Tyrannus, implacabilemq<sup>3</sup>  
Decutiat sine lege fastum  
Creberq<sup>3</sup> campis Roxiacis Scythes

Procul remotis desidiabulis  
Neruo remisso Martiali  
Indocili ruat are glebas.

Camposq<sup>3</sup> flauis messibus induat  
Importuosa regna Poloniae

Serò coactus ingemiscens  
Austriaco religata nexu.

Quousq; tandem Prò superi nefas  
Lymphata diris barbaries, truci  
Per colla calcatu supina  
America atq; Asia feretur.  
Et Africani marmora Nerei  
Craui catasta remige diruet  
Findetq; captiuâ phalange  
Ionii vaga regna Ponti  
Quousq; lasso fossor anhelitu  
Ferruminatis antra lignonibus  
Aurata Crauis barbarorum  
Et liquidum pedicat, Hebrû  
Eviscerabit? tergora vulnere  
Signata plorans Bistoniam manu  
Aut nauta lentus Tauricano  
Innocuus gemet à flagello!  
Et impudici Thraces Achaiæ  
Mercem inuidendam Lechico acinaci  
Venale nuptarum phalanges  
Obiicient sine fronte vulgus  
Quousq; magno dedita Numini  
In templa grandi cardine lruiet  
Vectigal antiquum & Tonanti  
Non tribuet Solymæq; orbis

Stipplex Sabæa thuris arundine  
Timore cassus munere subdito  
Nec liliorum concolorum  
Puniceas reparabit aras?  
Fauete ocellata ignibus aureis  
Theatra Diuum Carbasa turgidis  
Implete ventis innouatis  
Auguriis date fata votis

Habes REGVM POTENTISSIME breui  
tenuiq; stylo longissimum et maximum lau-  
dum Tuarum concinnatum apparatus. Pau-  
ca de plurimis exigua de magnis laudibus vo-  
lumina. Siluius Sudermaniæ Principis for-  
midinem, qui in Castris Prussicis Tuam testatam  
cladibus Othomannicis fortitudinem et pru-  
dentiam nunquam est ausus vellitare. Fatalem  
Tuam sibi fortunam prouidebat; quia ille alter  
veluti Antiochus è sepulchro cum gemitu pe-  
renniter ingeminat. Pudore afficior quia non  
aliter vici quam insidiis, quanquam vicisse sa-  
cilegum impostorem non affirmo, qui nisi pa-  
cis conditionibus fugam sibi è Prussia concili-  
asset Cladi suæ indecorum conflasset aternum  
monumentum. Silui et pacatam absq; bello Prus-  
siam

Prussiam quia optata pace locuples Tuam ipsa clo  
quitur opulentiùs palmarem gloriam. Quà beatus  
On error hostium, amor subditorum, mens Patria,  
Regum columen, Regnorum scutum VLADISLAE  
in diuorum aternitatem festinare reue, donec in  
nihilum redacta, Tuis pedibus conculcata non  
ingemuerit cum Dracone Luna.

Prussiam quia optata pace locuples Tuam ipsa clo  
quitur opulentiùs palmarem gloriam. Quà beatus  
On error hostium, amor subditorum, mens Patria,  
Regum columen, Regnorum scutum VLADISLAE  
in diuorum aternitatem festinare reue, donec in  
nihilum redacta, Tuis pedibus conculcata non  
ingemuerit cum Dracone Luna.

